



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

340. feria 5. de æternitate pœnaru[m] inferni

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

610 FERIA 4. DOMIN. 24. POST PENTECOST.

tris) & zelo magis incenditur, quàm gehennâ. Ita D. Chrysoſt. in Luc. cap. 16. 5. *Reus plus de conscientia, quàm de gehenna erubeſci incendio, ita D. Chryſoſt. ſerm. 125. 6. Non videre Deum, pœna eſt, totâ gehennâ acerbior.* Ita D. Chryſoſt. Epist. 5. ad Theod. lapſ. 7. *Nunquam reuniri Christo Deo. Hoc NVNQVAM eſt pœna damnatorum major, maximâ, quæ ſicut Christum affixit in vita, ſic illos affliget æternâ desperatione, ita B. Verana in Revelat.*

MEDITATIO CCCXL.

FERIA 5. DOMIN. 24 POST PENTECOST.

De æternitate pœnarum inferni.

Videbo damnatos ambulantes in circuitu, vocabuntur enim populus, cui iratus eſt Dominus uſque in æternum. Malach. 1. *Pœnam intelligere cauſas, cur æternum puniantur.*

Conf. 1. Pœnas damnatorum æternas. 1. Quia Legislator habet jus Pœnam ponendi violatoribus Legis. ſed Deus poſuit æternam Matth. 25. Marc. 9. Apoc. 14. 2. Si Leges humanæ perpetuum exilium præſcribunt, vitam auferunt in perpetuum, quanto magis Leges divinæ? Ita S. Auguſtin. lib. 21. de Civit. Dei, cap. 17. 3. Nunquam eſſet illorû æterna miſeria, niſi eſſet magna malitia; ita
idem

Feria 5. Dom. 24. post Pentecost. 611

idem: Ibid. lib. 9. cap. 13. 4. Factus est ho-
mo malo dignus æterno, qui in se peremit
bonum, quod posset esse in æternum, ita
D. Gregor. lib. 7. dial. cap. 24. 5. Pertinet ad
justitiam, ut nunquam supplicio careant,
quorum mens nunquam voluit carere pec-
cato, ita S. Augustin. supra. 6. Cum locus ille
viam præcludat ad meritum compensatio-
nis, etiam beneficium non admittit, ita Ble-
sensis Epist. 60. 7. Poena debet esse propor-
tionata culpæ, sed culpa nocet animæ, quæ
est res Dei, & bonum æternum, privans eam
visione Dei, unde aufert Deo gloriam æter-
nam, sibi autem infert poenam æternam. 8.
Major injuria poenam meretur majorem, sed
injuria per peccatum fit Deo infinito, lædit-
que bonum infinitum, igitur saltem quoad
durationem debet luere infinite. 9. Quid mi-
rum, si æternaliter ardebit, æterna erit ma-
teria, æternum pabulum, anima, & pecca-
tum, ita Tertullian in Apolog. Hinc de la-
pſis Angelis dicitur, *neque locus inventus est*
eorum amplius in cælo De damnatis verò ho-
minibus, *clausa est janua*, Matth. 25. Marc. 13.
comburentur enim igne inextinguibili, &
sumus tormentorum eorum ascendet in secula
seculorum Apoc. 14. Hanc malam æternita-
tem experietur peccator, videbit, & irascetur,
cui magis, quàm sibi, ait S. August. hic Psal. III.

SS 6

Consi

612 *Ferias. Domin. 24. post Pentecost.*

Conf. 2. Quomodo D. JESVS alias parcus verborum æternitatem poenarum inferni exaggeret, Marc. 9. *Si scandalizaverit te manus tua, abscinde illam, bonum est tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum, bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem, mitti in gehennam ignis inextinguibilis, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quid si oculus tuus scandalizat te, eijce eum, bonum est tibi luscum introire in Regnum Dei, quàm duos oculos habentem. &c.* Manus, pes, oculi, sunt perniciofa societas, propinquitas, amicitia, omnéque vitiosum in homine.

Conf. 3. Si inter mille homines unus tantum damnaretur, nonne quisque timidus diceret: Nunquid ego sum? Nunc autem damnandi præ multitudine. Apoc. 20. Matt. 9. Scripti sunt in libris, salvandi præ paucitate scripti sunt in libro. Constitutus inter horrendas illas figuras damnatorum momentaneas delectationes sine intermissione, sine refrigerio etiam imaginario æternum laentium dicam ad Dominum: En me infelicem ad portas inferi consistentem, patet porta, & ego ipsi immineo illuc devolvendus,

Feria 6. Domin. 24. post Pentecost. 613

ah! Deus meus, pro me mortue, patiensne, ut non vivam amplius in æternum? Inscribe memoriae compendium Evangelij: Luc. 9. *Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, anima vero sua detrimentum patiatur, aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? &c. Quis non bibat tribulationis poculum, metuens ignem æternum? Ait D. Augustin. Tom. 3. in Sentent.*

MEDITATIO CCCXLI.

Feria 6. Domin. 24. post Pentecost.

*De causis tam horribilium
minarum,*

Aspiciam Justitiam divinam terribilem homines propter peccata æternis supplicijs submergentem. Petam ea peccata agnoscere, & evitare.

Conf. 1. Peccata, propter quæ ibunt in supplicium æternum, sunt 1. eorum, qui non receperunt Christum, neq; fidem Dei, Matth. 10. 11. 12. & 28. 2. Qui Fidẽ Dei receperunt, sed non juxta eam vixerunt: caruerunt enim operibus Misericordiæ corporalibus, & multo magis, quia caruerunt spiritualib⁹. Matth. 23. 3. Qui fuerunt vitiosi, hypocritæ, superbi, avari, sævi, injusti, impij, & omnes addicti impietati, discedite à me omnes operarij iniquitatis. Matth. 23. 4. Qui alijs fuerunt scandi